

ARGUMENTA STUDIORUM,
E QUIBUS
UTRIUSQUE ELOQUENTIAE STUDIOSI
IN
CLERICORUM REGULARIUM
PIARUM SCHOLARUM GYMNASIO
BISZTRICZIENSI,

MENSE AUGUSTO

ANNO

M. D. C. C. C. XXX.

TENTAMINA LITERARIA

SUBIVERUNT.



NOMINA RESPONDENTIUM.

IN II. HUMANITATIS SCHOLA.

Brengya Basilius.

Brengya Ioannes.

Máthé Demetrius.

Rotter Ludovicus, de Kostenthal.

Urbán Michael.

Vajda Ludovicus, de Kisbun.

IN I. HUMANITATIS SCHOLA.

L. B. Szentkereszti Stephanus, de Zágon,

Pfingstgraeff Augustinus,

Horváth Carolus.

Szabó Emericus, de Fogaras.

Józsa Theodorus.

Samsugyán Elias.

I.

E DOCTRINA CHRISTIANA.

Humanistae II. Anni. Retulerunt de duobus hominis Christiani Officiis; quorum primum de *malo* declinando, alterum de *bono* faciendo sonat: nec non de *quatuor* Hominis *Novissimis*.

Hum. I. Anni. De Praeceptis, quae populo Israëlitico data sunt a Deo in monte Sinai; cum universalibus Ecclesiae Catholicae Praeceptis.

II.

E PRAECEPTIS ELOQUENTIAE.

Hum. II. Anni. De minoribus Poëticae operibus, uti: Elegia, Epigrammate, Satyra, Epistolis Poëticis, Carmine Lyrico, Eccløgis, Narratione Poëtica, Fabula Aesopica; item de diversitate Carminum ex Materia, vel Objecto, de Technopaegniis, nec non de Inscriptionibus, atque Elogiis.

Hum. I. Anni. De Dispositione; Orationibus proprie dictis in genere; praecipuis argumentationum speciebus: ac tandem de Pronunciatione terminarunt.

III.

EX AUCTORIBUS CLASSICIS.

Utrique Classi communia. E Marco Tullio Cicerone exposuerunt orationem pro *A. Licinio Archia Poeta*. Tum e *Q. Horatio Flacco* Libri III. Odas 1, 2, et 3: praemissa utriusque Auctoris Biographia, et argumento.

IV.

EX HISTORIA.

Hum. II. Anni. Seriem Imperatorum Romanorum a Carolo Magno, usque *Franciscum II.* sub quo corpus Imperii Romano — Germanici solutum est, Statibus Imperii foedus Rhenanum, sub protectione Napoleonis Bonaparte, tunc Imperatoris Gallorum constituentibus, deduxerunt.

Hum. I. Anni. Regum, qui ex Augusta Domo Austriaca, a Leopoldo M. usque ad Augustissimum hodiernum Franciscum I. (*quem Deus O. M. Imperio, Patriae, bonis omnibus, quam diutissime florentem, et incolumem servet*) Hungariae praefuerunt, res gestas enarrarunt.

E GEOGRAPHIA.

Hum. II. Anni. Hodiernae Americae, et Polynesiæ descriptionem dederunt.

Hum. I. Anni. Quaestionibus in genere de Asia resolutis; tractarunt in specie de Imperiis, et Regnis, ejusque Insulis.

VI.

EX ARCHAEOLOGIA ROMANA.

Hum. II. Anni. De Diis minorum gentium, uti: Indigetibus, Semonibus, Virtutibus, Affectionibusque animi, et Diis Peregrinis; item de Ministris, et Ritibus Sacrorum; nec non de Tempore.

Hum. I. Anni. De Iudiciis, Ludis Romanorum; re Militari; et Domestica disseruerunt.

VII.

EX ARITHMETICA.

Utraque Classis. Primo Calculum Censuum; Anticipationis item, et Catenariam, cum in theoria, tum in praxi absolvit: tum de variis Arithmeticae Usibus in negotiis Vitæ quotidianæ occurrentibus egit, resolutis diversi generis Problematibus.

Quantum vero in *Calli-Orthographia* profectum fecerint, coram exhibuerunt.

Aloysius Cservényi m. p.
II. et I. Humanitatis Professor
et Gymnasii Exhortator